

relegare, impium est. Gr̄ecos vincere Romanos ingenii acumine & scientiâ, certum est. In his & similibus exemplis constructio parit ambiguatem.

### Annotation.

*Differt ab Homonymiâ utpote in quâ unus tantum terminus multiplicem habet significandi potestatem, sive unâ, sive pluribus efferatur vocibus. Hic verô integra Enunciatio est ambigua, vel propter dubiam Syntaxin, vel propter dubium illius intellectum. Et ita illa ludit in uno solum termi- no: bac in integrâ Phrasâ & oratione. ut: audio te habere uxorem. Dubium est an ita construi debeat: audio te habere uxorem, h.e. te uxoratum esse, an uxorem habere te, h.e. sub imperio uxorio, γυναικονεργίας μενον, uxorium esse. Sic Persa quidam simulans Christianismum: soli Deo, dicebat, gloria. sed intellexit non solum Deum, sed solem Deum.*

### EXEMPLA.

a. *Qui sibi Deo dat gloriam, ille non est idololatra,*

Hic